



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

35. Post diem tertium transibitis Jordanem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SYMBOLUM 35.

Tria arma Davidis , quibus Goliath prosternit. 1. Reg. 17.

*Tulit David baculum suum, elegit sibi quinque limpidiissimos lapides de torrente, & fundam manu tulit, & processit adversus Philisthaeum.*

**F**unda hostem Jessæa ferum funditquè, fugatquè,  
Pastorem baculus denotat esse gregis.  
Nomine sed Domini vicitus jacet hostis & ictus,  
Munimen Numen, nomen & omen habet.  
Auspicio Triadis redit e certamine victor  
Pusio, truncati colla gigantis habet.

## SYMBOLUM 36.

Tres Sagittæ Jonathæ 1. Reg. 20.

*Jonathæ post repetitum cum David fædus ipsum cum Patre reconciliare frustrè conatur; illum tamen e manibus ejus trium sagittarum iaculo liberat. Habetur pro Symbolo vel allegoriâ ad SSS. Trinit. apud Bedam. Expos. alleg. in Samuëlem lib. 3. cap. 7.*

**H**æredem sceptri Triadis iam sorte legendum,  
Cur insane premis, persequerisquè Saül?  
Niteris incassum vitæ præscindere telam,  
A telis tutus ter fuit ante tuis.

Pix.